Positiones ex utroque jure.

Numéro d'inventaire : 1979.33414
Auteur(s) : Dominique Noël Despaignol
Type de document : affiche
Éditeur : Dalles (Joseph) (Toulouse)
Imprimeur : Dalles (Joseph)
Période de création : 3e quart 18e siècle
Date de création : 1768
Description : Une feuille de papier vergé, bruni, froissé et taché. Traces de pliures. Texte imprimé dans un cadre ornemental, avec une vignette en médaillon (gravure sur bois). Impression de médiocre qualité. Ruban adhésif au verso, le long de deux bords et sur la pliure médiane: trace de colle visible au recto.
Mesures : hauteur : 458 mm ; largeur : 365 mm
Notes : Affiche annonçant les thèses que doit défendre, pour la licence de droit, Dominique Despaignol à Toulouse en mai 1768. Les thèses de droit canon traitent de la simonie. Les thèses de droit civil portent sur les restitutions de bien à des personnes atteignant leur majorité. La cadre gravé est constitué de palmettes. En médaillon, une représentation de la Vierge dominant le monde sublunaire et écrasant le serpent du péché et de l'ignorance. La thèse est dédiée à "la Vierge mère de Dieu, conçue sans tache".
Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Nom de la commune : Toulouse
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 1
ill.
Lieux : Toulouse

VIRGINI DEIPARÆ,
SINE LABE CONCEPTÆ,
POSITIONES EX UTROQUE JURE,

DOMINICUS-NOEL-SIMPLICIUS DESPAIGNOL , è loco Labaſtide Feuillans , Diœceſis Rivenſis. D. D. D.

Pro Licentiatûs Gradu , in utroque Jure conſequendo.

Ex Cap. 44. extra de Simonia.

I.

CLERICUS in Canonicum receptus & in fratrem debet in Eccleſiâ ſuâ proventus ſibi debitos propriamque præbendam reportare.

II.

CAnonici qui dictum Clericum receperunt in fratrem, tenentur illi præbendam protinùs aſſignare.

III.

NEc poſſunt illi partem proventuum recuſare.

IV.

NEc præfatos Canonicos excuſat pretextus cujuſdam conſuetudinis quod prandium habere debeant à Canonico qui fuit receptus de novo.

V.

QUocircà ſummus Pontifex rectè judici delegato mandavit ut, tali conſuetudine non obſtante, memoratos Canonicos, appellatione remotâ, compellat quatenùs Clerico recens in fratrem recepto, ſicut uni ex aliis, in proventibus & præbendâ provideant.

Ex Can. Sententia 11. q. 3.

SEntentia Paſtoris ſive juſta, ſive injuſta ſit, timenda eſt.

Ex Lege 20 , ff. de Minoribus.

I.

PAPINIANUS Libro 2° reſponſorum , ait exuli reverſo, non eſſe prorogandum tempus in integrum reſtitutionis , quia abſuit.

II.

CUm potuerit adire prætorem , per procuratorem.

III.

NEc dixit, vel præſidem ubi erat.

IV.

SEd quod idem dicit, indignum eſſe propter irrogatam pœnam, non rectè.

V.

QUid enim commune habet delictum cum væniâ ætatis.

VI.

SI quis tamen major viginti quinque annis,intra tempus reſtitutionis ſtatutum , litem ſit conteſtatus , poſteà deſiſtere poteſt.

VII.

SEd hoc caſu nihil ei proficit ad in integrum reſtitutionem conteſtatio, ut eſt ſæpiſſimè reſcriptum.

Ex Leg. 5 , Cod. de in integrum reſtitutione minorum 25 annis.

I.

MINORIBUS in integrum reſtitutio , in quibus ſe captos probare poſſunt , et ſi dolus adverſarii non probetur , competit.

II.

ANte impletum etiam vigeſimum quintum annum de his in quibus ſe captos exiſtimant minores, poſſe in integrum reſtitutionem implorare, certiſſimi juris eſt.

Argumentabuntur Doctores Aggregati Selectiſſimi.

Dominus DE REBOUTIER. Dominus D'AUDEMAR.

Argumentabuntur Licentiati & Baccalaurei Strenuiſſimi.

Dominus DE PARADE DE TOUGES. Dominus DE MARRAGON. Dominus DE MOURNIAC DE SENS.
Dominus D'AURIBAIL DE SAGAZAN. Dominus DE RATIER. Dominus DE POYTOU.

Has Theſes , Deo duce & auſpice Deiparâ , tueri conabitur , in Cancellariâ Toloſanâ , DOMINICUS-NOEL-SIMPLICIUS DESPAIGNOL , è loco Labaſtide Feuillans , Diœceſis Rivenſis , *ſub auſpiciis Domini* DE BASTARD , *Antecessoris Regii ſapientiſſimi , die menſis Julii , horâ 9 matutinâ , anno* 1768.

TOLOSÆ, Ex Typographiâ JOSEPHI DALLES , ſub ſigno Artium & Scientiarum.